MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80664-17

AUTHOR:

WAGNER, PHILIPP

TITLE:

EPISTOLA AD PETRUM HOFMAN PEERLKAMP

PLACE:

DRESDAE

DATE:

[1846]

Master Negative #

92-80664-17

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Wagner, Philipp
...Epistola ad Petrum Hofman Peerlkamp, sive, Commentationis de Junio Philargyro, pars prior. Dresdae, Typis Blochmannianis, [1846]
46 p. 20½ cm.

Academic thesis



Vol. of theses.

415446

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11 X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8-7-92 INITIALS M.T.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





Centimeter



Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 1.

AD

EXAMEN PUBLICUM

DIE XXX MENS. MARTII BINISQUE INSEQUENTIBUS

A. MDCCCXXXXVI

ACTUMQUE DECLAMATORIUM

DIE VI MENS. APRILIS

IN

GYMNASIO DRESDANO

QUOD EST AD AEDEM S. CRUCIS

CONCELEBRANDUM

HUMANISSIME ATQUE OBSERVANTISSIME INVITANT

RECTOR ET MAGISTRI

Praemissa est Philippi Wagneri Epistola
ad
Petrum Hofman Peerlkamp
sive
Commentationis de Junio Philargyro
pars prior.

DRESDÆ,
TYPIS BLOCHMANNIANIS.

E

PHILIPPUS WAGNER

PETRO HOFMAN PEERLKAMP

INCLUTO PROFESSORI LEIDENSI

S. P.

Nemo fortasse ex omni numero veterum scriptorum, VIR EXCELLENTISSIME, fortuna usus est tam secunda, quam Vergilius. Natus humillimis parentibus mature haud vulgarem famam ingenii adeptus in amicitiam se insinuavit hominum clarissimorum ac potentissimorum, Galli, Asinii, Varii, Maecenatis, Augusti; idem, post editam Aeneidem, sic coli coeptus est a popularibus suis, ut, exceptis comicis, ceterorum, qui ante ipsum fuerunt, poetarum laudem sua gloria ita obtriverit, ut illi paulatim oblivioni traderentur. Uno prope Vergilii nomine mox omnis, qui pristinas litteras Romanorum illustraverat, splendor oblitteratus est. In quo illud mihi inprimis videtur memorabile, quod, cum ipse, deterso quidem illo, qui infuscabat superiorum libros, situ, in summo nitore totus esset antiquus, etiam insecuta paulo post insigni et litterarum Romanarum et ipsius linguae immutatione semper

novus habebatur; et, licet omnes eiusdem aetatis scriptores posterioribus saeculis veteres et antiqui appellarentur, in Vergilio tamen nescio quomodo factum est, ut ea nomina magis ad tempus, quo fuerat, quam ad ipsius carmina omnemque, qua usus erat, scribendi rationem referrentur. Quod longe aliter evenit Ciceroni, qui cum in pedestri genere orationis omnium iudicio primas tenuerit, tamen iam Quintiliani aetate, etsi ne tum quidem deessent, qui eum admirarentur, neminem invenit, qui imitaretur, multos, quibus sorderet. Nihil dico de studiis Grammaticorum, qui Vergilium certatim interpretati sunt; etiam everso imperio Romano atque in media barbarie fama huius poetae elucebat; quo tempore etiam qui carminum eius vix nomina cognossent, tamen magicis nescio quibus artibus ac vaticiniis clarum ferebant Vergilium. At discussa illa mediae, quae dicitur, aetatis caligine idem Vergilius dux et magister factus est poetarum, qui tum florere facemque ad orbem terrarum novis litteris illustrandum praeferre coeperunt. Quid, quod prope usque ad hoc saeculum apud Italos maxime Gallosque ea carmina plurimum placebant, quae ad huius poetae praestantiam proxime accederent? Non dissimulabo equidem plus obfuisse hanc felicitatem immortali poetae, quam profuisse, apud multos recentiores criticos, Germanos inprimis; sed de ea re, in qua saepe vel aequitatem quandam vel subtilitatem iu-

dicii desideravi, non vacat nunc quod sentio pronuntiare. Illud nescias sitne poetae felicitati potius tribuendum an virtuti ipsorum carminum, quod plurimi iique et ab ingenio et a doctrina instructissimi homines operam contulerunt ad ea vel emendanda vel interpretanda. In hac quoque, ut in omni, parte antiquarum litterarum ad summam laudem nixi sunt Tui populares, VIR PRAESTANTISSIME; quamquam quid Tuos populares appello, qui numquam non fuerunt nostri? Utinam desinat tandem vetus illud discidium separare fraternos populos, ut sanguine, ita lingua, moribus, ingenio, studiis coniunctos! Ac desinet, auguror, aliquando fietque, quod omnes boni optamus:

Cognatas urbes olim populosque propinquos
unam faciemus utramque
Troiam animis!

Sed postquam Batavorum opera in aliis scriptoribus aliquamdiu occupata fuit, TU, VIR EXIMIE, acerrimus Horatianae elegantiae vindex, primus ad Vergilium redisti. Non potest dici, quam cupide Tuam Aeneidos editionem appetiverim. Nec fefellit me mea exspectatio: quanta quamque varia doctrina! quanta acies ingenii! qui stimulus ad excitanda studia hominum iterum iterumque quaerendi scrutandique, quae dudum explorata visa erant! Ut breve faciam: ita delectatus sum, nihil ut sit, quod in hoc genere, ex quo accessi ad Vergilium edendum, tanta

cum voluptate legerim. Quod ut publice testatum facerem, utque exstaret aliquod monumentum meae erga TE voluntatis, hunc libellum TIBI mittere decrevi, VIR ERUDITISSIME, non quo Tuae eruditioni satisfacerem, quod etiam iis, qui me sunt longe doctiores, difficile fuerit, sed ut desiderio mei animi gratificarer, quem scito et TUA et Vergilii causa, quodammodo etiam mea, TUI esse studiosissimum.

Bernae anno 1841. prodiit *Car. Guil. Muelleri* Analectorum Bernensium Particula III., in qua agitur de codicibus Vergilii, qui in bibliothecis Helvetiae asservantur. Dixi de hoc libello in Diariis Darmstadiensibus (*Zeitschr. f. d. Alterthumswissensch.*) ao. 1842. fasc. 10. pag. 921. sqq., sed ita, ut, quae de novis scholiis Bucolica et Georgica Vergilii illustrantibus dicenda viderentur, alii tempori reservarem. Oblata igitur hac per muneris mei rationes opportunitate commode evenit, ut implendi promissi copia mihi facta sit.

Exstant in eo, quem littera 𝔖 Muellerus notavit, codice praeter alia ad nullum certum auctorem relata scholia quaedam Iunilii Flagrii, Gaudentii, Titi Galli, quorum ne nomina quidem nota fuerunt ante Historiam Scholiastarum Latinorum a Suringaro Batavo anno 1834. editam.*) Atque ipse iam Suringarus viderat,

*) „CODEX BERNENSIS 172, a me littera 𝔖 notatus, decimo saeculo scriptus, perbonus et maxime cum 𝔉 conve-

id quod sensit etiam Muellerus, Iunilium quidem Flagrium, de quo pluribus hoc loco disputandum erit, eundem esse, quem Iunium Philargyrum. Is Bucolica et Georgica sumserat sibi illustranda, eorumque scholiorum reliquias primus edidit Fulvius Ursinus Rom. 1587.*); repetiit ea suis typis Henr. Commelinus Heidelb. 1589. et in copiosissimam Carminum Vergilianorum editionem transtulit P. Burmannus.

niens, eclogas, georgica et quinque priores Aeneidis libros usque ad quinti versum 852 continet. In primo folio nil nisi nomen P. Danielis, prioris possessoris, scriptum est. In secundo folio Octaviani Augusti carmen *Ergone supremis* legitur, et Vita Virgilii, quae ad Donatum auctorem refertur, tam bene et emendate scripta, ut multa in Burmanni editione ex hoc codice emendari possint. Brevior non integra vita sequitur. — — In quinto folio 47 versus primae eclogae a manu recentiore scripti leguntur, quos reliquae eclogae cum scholiis sequuntur. — — In pagina folii vicesimi sexti aversa quatuor versus praefationem georgicorum continentes et titulus georgicorum permagnis litteris scriptus leguntur, ad cuius latus minusculis litteris prolegomena Iunilii apposita sunt. Folia 26 usque ad 72 georgicorum libri cum scholiis occupant, in quibus saepe Iunilius et Gaudentius, nonnunquam Nigidius et T. Gallus nominantur. Deinde libri quatuor priores Aeneidos et 852 versus quinti libri sequuntur. — — Codex bonus est et praecipue ad tertium Aeneidis librum permulta scholia continet. — — Si recte intelligo adnotationem ad Georg. I, 514.: „„„De tribus commentariis *Gaudentius* haec fecit,"" Gaudentius scholia ex tribus commentariis collegerat et sua adiunxerat, ex quibus, quae in hoc codice leguntur, excerpta sunt." — Haec *Muellerus* pag. 11. sq.

*) Notabilis est error Fr. Ad. Eberti, qui in Lexico Bibliographico T. II. p. 1042. No. 23692. Philargyrianos Commentarios scribit primum typis expressos esse in editione P. Danielis, quae ao. 1600. prodiit.

Hic mihi primum vindicandus est vir et doctissimus et ad iuvandas has litteras, dum fuit, paratissimus, sed idem nostra aetate multis iniquorum conviciis petitus, ipsum dico Petrum Burmannum, ab iniusta Suringari reprehensione. Is enim cap. XII. p. 94. sq. ita de eo scribit:

> „qui cum videret esse multa in Philargyrio, quae in Servio item exstabant, servavit tantum ea, ubi vel minimum differebant, resectis iis, quae ad verbum, ut videbatur, erant descripta. — — Si omnia ista, quod Burmannus fecit, in Philargyrii Commentariis deleas, quae nunc iisdem verbis apud Servium leguntur, tam pauca restabunt, ut haec vix dici mereantur scripta esse ab aliquo, qui data opera Virgilium interpretari vellet. — — Burmannus itaque et reliqui editores in Philargyrium paulo iniquiores fuisse censendi sunt, qui Servium alieno doctrinae apparatu ornare, quam suum cuique tribuere maluerint."

Et quae prima quidem scripsit Suringarus „*qui cum videret .... erant descripta*", ea sumpsit a P. Burmanno minore, qui editioni Vergilii a patruo suo curatae praefatus est; vide eius Praefat. fol. ******* 2. avers. At ipse optimus Suringarus non animadvertit hoc illum dicere: Philargyriana ista Servianis admixta vero auctori a patruo suo relicta, eadem in Servianis commentariis, ne bis legerentur, expuncta esse. Atque ita se rem habere, si operae non pepercisset, facile cognoscere poterat Suringarus ex ipsa editione Burmanniana. Sic enim Burmannus ad Serv. Ge. IV, 25.:

> „Delevi, quae hic sequebantur, quia ad verbum ex Philargyrio translata erant."

et ibid. ad vs. 66.:

> „Sequens Nota (ad vs. 67.) Philargyrio debetur; itaque eieci (e Servianis), ne bis legeretur."

Nam quod scholion Philargyri ad Ecl. V, 72. inter Serviana relictum est, eius rei causam merum errorem Burmanni fuisse facile eo probatur, quod cum in Servianis *a Lyctio* vitiose scriptum repperisset Burmannus, in Notis criticis videtur sibi coniectura verum assecutus esse *a Lycto*. At id ipsum *a Lycto* exstat et in Ursiniana et in Commelina editione. Recte igitur fortasse negligentiae, etsi ei quoque, si raro deprehenderetur in tanto opere, ignosci poterat, accusare licebat Burmannum, non iniquitatis. Eodem illud pertinet, quod ad Ge. III, 313. quinque verba, ne apud Servium quidem lecta, desiderantur: „*Usus* hic utilitas et fructus." Praeterea si quis Ge. III, 121. scholion Philargyri ad verbum *Referat* a Burmanno omissum arguat, potius error Burmanno cum Henr. Commelino, Petro Daniele, Schrevelio, communis notandus est; hi enim falso rettulerunt hoc scholion ad vs. 128., ubi idem apud poetam recurrit verbum *Referant*; apud Ursinum quidem suo loco et ordine positum est. Valeat igitur iniquitas ista immerito obiecta Burmanno. Si quid est, quod iure reprehendas, id in eo positum invenies, quod Burmannus ad edendum Philargyrum non Ursiniana editione usus est. Verum eam non videtur nancisci potuisse Burmannus patruus; (nam patruelem habuisse certum est;) neque id mirabimur, cum et ipsa valde rara sit et Suringarus frustra a se quaesitam scribat pag. 98.*)

---

*) Exstat ea in Bibl. Reg. Dresd., cuius **Humanissimi Praefecti** usum eius libri benevole, ut solent, mihi concèsserunt.

Sed cum semel mentionem fecisset Suringarus operae Philargyro a Burmanno praestitae, ea qualis esset, indicari oportebat. Quo negotio hic quam fieri potest paucissimis defungemur.

Si quaeritur, (nam silent Burmanni, patruus atque patruelis,) unde textum, quem vocant, Philargyrianum repetierit Burmannus, illud tenendum est, hoc commentariolum esse ex Commelina editione ab eo expressum, non ex ea, quae Heidelbergae ao. 1589. apud Henr. Commelinum prodiit, et ipsa satis rara inventu, sed ex ea, quae a Cornel. Schrevelio adornata typis Abrami Commelini Lugd. Bat. ao. 1646. exarata est. In hac autem Batava editione primum pauca quaedam adiecta sunt atque inde in Burmannianam propagata, sed a Burmanno uncis inclusa, Ecl. V, 74. Ge. II, 487. III, 19. 280. IV, 370. Haec additamenta omnia videntur auctores habere recentiores. Certe quae Ge. IV, 370. interposita sunt, manaverunt ex Petri Rami Praelectt. in Georgica pag. 346. edit. Wechel. 1578. Praeter cetera, ut hoc unum addam, exquisitum videri potest, quod legitur Ge. II, 487.:

> „Bacchi enim orgia in montibus celebrari solebant a furiosis Bacchis, quae a Spartanis, quorum mons erat Taygeta, *δύσμαιναι* appellabantur."

At ea ipsa verba sunt Turnebi Advers. XXI, 9., sumpta ab Hesychio: *„Δύσμαιναι αἱ ἐν Σπάρτῃ χορίτιδες Βάκχαι."* Praeterea ex eadem editione traxit Burmannus quaedam vitiose expressa, in his etiam typothetarum sphalmata, ut *dici* pro *dicit* Ge. II, 361., *statione* pro *statioque* Ge. IV, 8.; inde etiam illa transmigraverunt: Ge. II, 163. *cum* pro *illum*, et proximo versu *influxit* pro *influit*. Sed his rebus cum effectum sit, quod volumus, omissis levibus

erratis satius videtur emendare graviora, neglecta illa ab eo, qui nuper haec parum ad eam rem paratus edidit, H. A. Lione, cui subirascare, quod, cum aliquoties vera invenisset in codice, quem ipse adhibuit, Guelferbytano, vetera errata retinere maluerit. Ge. II, 299. a Schrevelio *verubus* sumpsit Burmannus pro *veribus*, de quo scripsimus V. L. ad Ge. II, 396. — ibid. 382. *consilia* est apud Schrevelium et Burmannum, cum et apud Ursinum et apud H. Commelinum sit *concilia*, quod verum esse, ut ipse refert Burm., viderat Salmasius. — ibid. 473. in H. Commelini editione vitiose scriptum est *„quod sit cum religiosum;"* id corrigendo magis est depravatum a nescio quo emendatore apud Schrevelium *„quod sit cum religione;"* tamen hoc ipsum sequitur Burmannus. Veram lectionem exhibet Ursinus: *„quod sit cum* t i m o r e *religiosum;"* vocabulum *timore* servat etiam Servius Dresd. omisso tamen Adiectivo *religiosum* et *sit* in *fit*, recte fortasse, mutato; *fit* maluerat etiam Burmannus. — Ge. II, 456. *necdum*, Schrevelium secutus, scripsit Burmannus pro *et necdum*, quod habet quo se tueatur, et consensu codicum tutum est *et necdum* apud Liv. XXIV, 19. — Ge. III, 138. Philargyrus: *„Rursus* hic pro *contra* significat." Omisit *pro*, quod etiam in Servio Dresd. legitur, Burmannus cum Schrevelio; at similiter idem Philargyrus III, 296.: „Celsus *dum mox* p r o *donec* i n t e r p r e t a t u r;" IV, 484.: *Vento* p r o *adventu* s i g n i f i c a t;" et codex Servii G ad Ge. I, 262.: „L i n t r e s] i n t e l l i g i t u r hoc nomine et p r o navibus et p r o vase concavo." — Ge. IV, 50. non monito lectore *Εἰκὼν* Burmannus adscivit ex Schrevelii editione pro *Echo*, uti recte editum apud Ursinum et H. Commelinum. — ibid. 66. Breve et quod, si

abesset, non desideres, scholion Burmannus cum Schrevelio rettulit ad vs. 152.; fecit idem Petrus Daniel et ante hunc fecerat Henr. Commelinus; ex quo apparet, id quod etiam ex aliis rebus cognoscitur, ne in Danielis quidem editione Philargyri Commentarios ex Ursini, sed ex Henr. Commelini exemplari descriptos esse. — ibid. 144. apud Philargyrum est: „Sallustius in duo," apud Schrevelium et Burmannum, in quod inciderat etiam suspicio Boukhusii: „Sall. in XII."; emendandum erat scilicet „in II."; et Historias Sallustii quinque tantum libris constitisse nunc satis constat; videtur igitur hoc fragmentum e numero eorum, quorum incerta sedes est, in librum II. revocandum esse. — ibid. 390.: „quae nunc Chersonesus vocatur;" male ibi omissum *nunc*. — Ceterum fons plerorumque, quae hic notavimus, vitiorum est Petri Danielis editio satis negligenter impressa, cfr. Ge. II, 163. 361. 456. IV, 8. 50. 144. — Praeterea sua quaedam propria vitia habet editio Burmanniana. Omitto particulas *et* E. I, 20., *autem*, *quasi*, Ge. III. 307. 351. praeteritas, *ubi* pro *ibi* expressum Ge. III, 121. et quae sunt similia. — Ecl. I, 20. etsi in ipso scholio editur *Marianus*, qui fuit Lupercaliorum poeta, in Notis tamen criticis *Marinus* appellatur a Burmanno; quod fortasse ne commemorarem quidem, nisi viderem item *Marinus* exstare inter Serviana et apud P. Danielem, (nam in Commentario ipsius Philargyri apud Danielem *Marianus* editum est) et in ea editione, quae ad Danielis editionem studio Lucii accommodata prodiit Basil. 1613., quorum uterque non Lupercaliorum, sed Lupercorum poetam illum appellat. Casune autem ab iisdem littera *a* ex nomine Mariani detracta sit, an de industria, quis dixerit? Marinus Graecum est nomen, quo

etiam scriptores quidam Graeci utuntur. Atque ut Butam quendam (fortasse eum, qui Catoni minori famulabatur) Graecis elegis de Lupercalibus scripsisse a Plutarcho (in vita Romuli p. 31. edit. Francof) accepimus, ita fieri potuit, ut alius Graecus homo in eadem materia se exerceret. Sed huius sive Marini sive Mariani carmen Latina lingua scriptum erat; si igitur verum est Marini nomen, libertinum fuisse putabimus; et multos Romae fuisse Marinos libertos, tituli testantur. Est Q. Naevius *Marinus* in Inscriptionibus Reines. Cl. VIII. no. LXX., Iunius *Marinus* apud Gorium Inscriptt. ant. T. I. p. 153., item Rufus *Marinus* T. III. p. 177., Salvius *Marinus* ibid. p. 298., Aelia *Marina* T. I. p. 15., Caninia *Marina* T. III, p. 260., praeterea apud Donium Inscriptt. ant. Aurelia *Marina* Cl. XIII, 18., Calistidia *Marina* Cl. V, 98. Cum igitur sint tot gentium Marini idque nomen origine Graecum esse constet, servile fuisse apud Romanos apparet, quae res non impedit, quin a Marino aliquo hoc carmen scriptum existimemus. Interim Mariani nomen retinuerim, quippe Fulvii Ursini auctoritate munitum. — Falso narrat Burmannus Ecl. IV, 63. in Commelina legi *mensum; mensura* est apud Ursinum, item in edit. Commel. 1589., in Commelina autem Schrevelii legitur id quod vere emendatum est *mensa*. — Imprudens, puto, Burmannus scripsit Ge. II, 417.: „Pedites quatuor agminibus, *quibus* duobus antibus ducas;" ubi pro *quibus* et apud Ursinum, et in utraque Commelina, et in Servio Dresdensi recte legitur *equites*, ut etiam apud Lionem, qui Philargyrum ex P. Danielis editione*), in qua ipsa vera lectio servatur, exprimendum

*) non Nivelliana illa, quae Paris. 1600. prodiit, sed ex Chouetiana vitiorum plenissima, quae Genevae 1636. excusa est.

curavit. — Ge. IV, 265. *despescit*, i. e. *dispescit*, habent Ursinus et utraque Commelina; quod edidit Burmannus *dispicit*, depravat sententiam. — Quaedam emendata leguntur apud Burmannum, quae corrupta sunt apud Ursinum et Commelin. 1589., ut Ge. II, 336. *at* pro *aut*, quod iam in editione Schrevelii correctum; Ge. III, 35. *Tros*, item a Schrevelio acceptum, pro *Troius*. — Versus mancus Domitii ad Ecl. III, 90.: „*Sed postquam alterius mulier*“ ita expletus apud Burmannum legitur „*communis utrique*“, ubi illud molestum est, quod non liquet, accesserintne haec ex vetere aliquo libro, an nata sint ex coniectura recentioris critici. Mihi quidem verisimile videtur sumpta haec esse ex iis copiis Heinsianis, de quibus a patruele Burmanno ita exponitur Praefat. pag. ****** 4. aversa: „Et quidem ante alia egregium ipsi (patruo B.) apparatum hic iterum (puta in edendo Servio) contulerunt scrinia Heinsiana, ex quibus tria quatuorve habuit exemplaria editionum Servii, quibus Heinsius manu sua ex Mss. codicibus, quibus fuerat usus, innumeras emendationes, varias Lectiones, ac supplementa plurima adscripserat.“ *cet.* Sed facile apparet ne sic quidem persanatum esse vulnus, quo laceratum est illud distichon. Versus Domitii hi sunt:

Omnia cum Bavio communia frater habebat,
Unanimi fratres sicut habere solent,
Rura, domum, nummos atque omnia denique; ut aiunt,
Corporibus geminis spiritus unus erat.
Sed postquam alterius mulier *communis utrique*
Novit, deposuit alter amicitiam.

Si sunt Domitii haec, quae addidit Burmannus, certe pro *Novit* ex egregia emendatione Oudendorpii scribendum

est *Nupsit*, quod probat etiam Weichert. Poet. Lat. Vit. p. 266. recepitque Meyerus Anthol. Lat. T. I. no. 123., qui quidem verba *communis utrique* ipsi tribuit Philargyro, sed, quo iure, non dicit. — Ge. IV, 298. Index Ventorum a Philargyro h. l. propositus negligitur, sed sine damno, a Kappio ad Aristot. de Mundo p. 367. sqq. et ab Idelero Meteorol. p. 69 sqq. Convenit Philargyro, nisi fallor, ita cum Plinio N. H. II, 46., ut, cum desit ventus duodecimus, male Servius Dresd. Favonium, recte Burmannus Africum adiecisse videatur; illud etiam probandum, quod Burmannus Circium, de quo vid. Gell. N. A II, 22. et Ideler. l. l. pag. 72. sq., mutavit in Caeciam. — Ge. III, 270.: „Ascanius amnis est Mysiae, sed quia in Asia est.“ Frustra haeret h. l. Broukhusius; *quia* mutandum est in *quae*, ut illa Mysia distinguatur ab ea, quae est Europae, Moesia deinde dici coepta; vid. Muncker. et Staveren. ad Hygin. fab. XIV. not. I, p. 52.; hoc autem ipsum, quod requiritur, *quae* habet Servius Dresd., atque ita edidit Burmannus secutus Munckerum, qui ita corrigendum esse dudum viderat. — Ge. IV, 25. Elegantius fortasse multis videbitur, quod in versu Luciliano scripsit Burmannus *ars in quo non erit ulla* pro eo, quod in superioribus editionibus legitur *ars in quo non est ulla;* sed eam mutationem multo ante factam Douza iam improbavit pag. 329. edit. Haverc. — Ge. IV, 188. in versibus corruptis Ennii *duri laboris* pro *d. labores* emendaverunt Douza, Merula, Columna; *laboris* etiam apud Burmannum, sed, nisi fallor, invito ipso, expressum. Ceterum, quod in iisdem versibus Nestor Novariensis (vid. Merul. p. 519.) e suo Glossario protulit *legionis suae*, idem legitur in Servio Dresd. Ac similem Servio Dresdensi librum

versavisse etiam Petrum Danielem ex eo intelligi videtur, quod paulo ante in alio versu Ennii *militiam* exhibet P. Daniel uti est in libro Dresdensi. — Ge. IV, 200.: „Sed rectius videtur, *et* ne hoc quidem sciant;“ ita in Ursiniana et utraque Commelina; Burmannus recte scripsit *ut*; sed ne hoc quidem ab ipso inventum videtur, sed fortasse ex Heinsianis schedis adscitum; certe in Servio Dresd. liquido exaratum est *ut*. — ibid. vs. 211. pro *sanctitas religionis* est apud Burmannum *sanctitas regii nominis*, uti scribendum vidit Rutgers. V. L. VI, 15. — Atque ut has emendationes ab aliis mutuatus est Burmannus, ita credibile est etiam reliqua ab aliis occupata fuisse, ut Ge. IV, 88. *revocari* pro *revocare*, ibid. vs. 219. *Epicureus* pro *Epicurus*, (vid. Madvig. ad Cic. de Fin. IV, 5. p. 503.) vs. 244. *otiosus* pro *vitiosus*, vs. 335. *vitreo* pro *vineo*, vs. 390. *Pallene* pro *Palla* et *hanc . . . Aegypto* pro *hac . . . Aegyptum*, vs. 452. *ad fata*, in quod etiam Broukhusius incidit, pro *affata*, vs. 453. *numinis* pro *numina* et Τισιφόνη pro Τισιφόνος,*) denique vs. 463. *Praxitheae* pro *Praxiotelis.***) Sed Ge. III, 19. mireris apertum vitium „*qui olim Pythici dicebantur*“ non statim sublatum et id, quod debebat, restitutum esse „*qui Olympici d.*“

Hactenus de Burmanno; iam ad ipsum veniamus Philargyrum. Quo in homine illud primum perincommode accidit, quod nemo eius mentionem fecit ante Angelum Politianum, qui et in Miscellaneis eum nominat et Commentarios, quales nunc habemus, ipsius Iunii Phil-

---

*) quamquam hoc vix putes casu ortum esse; carent tamen Lexica ea voce.

**) Dum haec iam imprimuntur, inspicio editionem Vergilii Masvicianam, qua, si Burmanno credas, nihil est contemptius; at in ea ipsa deprehendo omnia haec ita emendata, ut in Burmanniana leguntnr. A Masvicio Burmannus sumpsit etiam supplementum illud versus nonagesimi tertiae Eclogae. Masvicius rursus omnia videtur debuisse Ryckianis opibus, Ryckius autem nonnihil I. Scaligero.

argyri nomen in fronte gerentes exscripsit, quo libro usus est Fulvius Ursinus. Novis testimoniis nostra aetate confirmatum est nomen huius Grammatici; nam quod Muellerus in cod. Bernensi et ante eum Suringarus in Excerptis Vossianis invenit nomen Iunilii Flagrii, id facile ex vero nomine Iunii Philargyri fieri potuisse quis neget? Nulla littera ita crebro sedem mutat, quam *r*; priore igitur *r* forte omissa ex Philargyro *Philagyrus*, ex hoc, altera transposita, *Philagryus* sive ex more posterioris consuetudinis *Filagryus*, ex hoc denique *Flagrius* nasci potuit. Iunilii nomen quomodo ex vero immutatum sit, quamquam plus habet dubitationis, tamen talia in talibus scriptoribus talibusque in libris, quales sunt illi, unde hoc traditum accepimus, in quibus ut plurimum casus regnat et temeritas, certa ratione ut expediamus, quis serio postulet? Itaque ludere me dices, VIR in omni iudicio ELEGANTISSIME, si illud Iunilii nomen ex utroque *Iunii Philagrii* per compendium scripto IUN.FLII conflatum esse coniecero. Sed negat Casp. Barthius Adversar. l. XX, 2. ipsum nomen Philargyrii s. Philargyri (nam utraque forma utuntur, qui post Fulvium Ursinum mentionem huius hominis fecerunt) verum sibi videri, propterea, quod Philargyri nomen Graecum, φιλαργυρία autem animi vitium sit. Constat enim ab eiusmodi nominibus abhorruisse homines Graecos. Itaque auctorem se esse scribit, ut pro Philargyrio appelletur *Pilargurus*, quod nomen ab Aldo Manutio in tessera inventum etiam a Pignorio in Commentar. de Servis (p. 320. edit. Amstel. 1674.) commemoretur; quo accedit tabella eburnea, quam vidit Fulvius Ursinus, in qua haec erant scripta: „Pilargurus Lucili libertus;“ vid. edit. Amstelod. 1677. Epistolarum Cic. ad Famil. T. I. p. 304. Alio loco, Advers. l. I, 17., idem Barthius *Philagrium* sive *Pilargurum* eum hominem appellat. Et *Pilargurus* ipsum si quaeritur quid sit, non est dubium, quin idem sit, quod *Philargyrus*; nam antiquo tempore non littera *Ph*, sed simplici *P* ex-

pressisse Romanos Graecam litteram φ et Cicero docet et ex nummis atque marmoribus discitur; vid. Orthograph. Vergil. pag. 462.; item *u* olim pro Graeco *υ* scribere consueverant, cuius rei exempla proposui l. l. pag. 482. Non vidit igitur Barthius, cum Pilargurum Philargyro substitueret, idem se cum eodem permutare, nec re, sed forma tantum, diversa esse haec nomina. Sed cum aliud esse crederet ***Pilargurus***, aliud ***Philargyrus***, certe quale esset hoc ipsum ***Pilargurus*** dicendum erat; num conflatum ex πῖλος, (pila) et ἄργυρος? Ferrem aliquo modo *Argyropilum*, sed Πιλάργυρον quis ferat? Verum in tali re plurimum agitur testibus; quos mireris ab homine, qualis fuit Barthius, si non ingenii acumine praeter ceteros excellenti, doctrinae tamen quadam variae ac multiplicis copia ornato, negligi potuisse. Etenim satis crebrum est nomen Philargyri in marmoribus: „T. Clodius Appi L. (i. e. libertus) Philargurus" in Gorii Inscriptt. T. I. p. 361., „P. Annius P. L. (Publi libertus) Philargurus" in Donii Inscriptt. ant. Cl. IX, 2., „S. Atellius S. L. Philargurus" ibid. Cl. VI, 31., „C. Baebius Philargurus" Cl. I, 100., „C. Iulius Philargurus Aug. Lib." Cl. XVII, 1., „C. Iulius Philargurus" Cl. VIII, 90., „M. Onerius M. L. Philargurus" Cl. XVIII, 3., „M. Popillius M. L. Philargurus" Cl. XIV, 46.; denique ***Philargyri*** nomen cum Graeca littera bis visitur apud Gorium Inscriptt. T. II. p. 454. et III. p. 135, et eodem modo scriptum legitur apud ipsum Ciceronem Epist. ad Att. IX, 15, 5. et ad Fam. VI, 1, 17.: „Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo narravit." Ex quo, ut ex Titulis modo laudatis, apparet, etsi idem ex ipso nomine intelligitur, servos ita appellatos esse, non ingenuos. Deinde constantia testium, ad quos accedit Isidorus Origg. I, 21.,*)

*) is Philargyrum quendam, si certa est ibi lectio, ut videtur, in numero ponit eorum, qui Notas invenerunt; eius autem hominis aetas satis certis, opinor, signis definitur ab ipso Isidoro; ita enim Isidorus: „Romae

declaratur non Philargyrium audisse hunc hominem, sed Philargyrum. Illa quidem forma huius nominis, nisi fallor, ex eo orta est, quod, cum fere sic inscriptum esset huic libro

Iuni Philargyri
Interpretatio Bucolicon *cet.*

ii, qui, ut Iuni, sic Philargyri antiquam esse formam Genitivi, ex Nominativo ***Philargyrius*** ductam, putarent, id nomen corruperunt. Iam quod Barthius, ut supra diximus, Philargyrium negat quemquam vocatum esse Graecum hominem, vere quidem ille; sic enim diceretur, qui amat et concupiscit pecuniam, ἀργύριον; sed qui est φιλάργυρος, is delectatur argento, vasis puta signisve argenteis, quod etiam sine vitio animi fieri potest, atque ita putabimus appellatos esse, quibus harum rerum cura atque custodia mandata esset a dominis. Non multum igitur discrepat ratio huius nominis a ratione similiter compositorum, ut Philippi, Philocyonis, Philomeli. Osanno tamen ***Beiträge zur Griech. und Röm. Litteraturgesch***, Vol. II. p. 284. sqq. auctoritati Excerptorum Leidensium sive Vossianorum omnia tribuenti persuasum est ***Iunilium Philagrium*** verum esse nomen huius hominis. In quo non possum assentiri Viro eruditissimo, quippe et rara nomina cum usitatis permutanti, et recentiore aetate inventa ad antiquiorem traducenti, et Christiana in ethnicum hominem conferenti. Nam rara, recentia, Christiana esse usus eorum docet; ethnicum autem fuisse Philargyrum infra demonstrabitur.

Ut autem nomen Philargyri antiquum est, ita ipse non est dubium quin fuerit antiquus. Et Fulvius quidem Ursinus hunc titulum praemisit Commentario huius Grammatici in Bucolica:

primus Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum praepositionum. Post eum Vipsanius, Philargyrus et Aquila libertus Maecenatis alius alias addiderunt."

Iunius Philargyrius
in Bucolica Virgilii
ad Valentinianum,

atque ex ea inscriptione coniicit Philargyrum fuisse aequalem Imperatori Valentiniano.*) Cum autem Ursinus notitiam huius interpretis debeat libro Angeli Politiani supra commemorato, probabile est Politianum incidisse in eiusmodi codicem, qualibus usi sunt Muellerus et Suringarus. In codice enim Bernensi 𝔊, ad quem accedit etiam alius littera 𝔉 a Muellero notatus, in fronte Commentarii Philargyriani in Georgica haec leguntur:

Iunilius Flagrius Valentiano Mediolani; eadem invenit Suringarus in Excerptis Vossianis, nisi quod pro *Mediolani* scriptum est *Mediola.* Tum sequitur ea Praefatio, quae apud Burmannum ceterosque Servio tribuitur, ab his verbis incipiens: „Virgilius in operibus suis diversos secutus est poetas“ *cet.* In quo minus movet me illud, quod Valentianus dictus est, non Valentinianus; facile enim corrumpi id potuit a librario; sed Mediolanensem quis umquam appellavit Imperatorem Valentinianum, qui fuit genere Pannonius? Atque cum praeter Mediolanum illud, quod est in Gallia citeriore, etiam alia oppida idem nomen habuerint, tamen ex eo numero nullum fuit in Pannonia, quod ita Celtico nomine appellaretur. Itaque etsi ipse Valentinianus ille Mediolanensis quis fuerit nescitur, illud tamen negabimus, Imperatori Valentiniano missos esse a Philargyro hos commentarios. Nec multum refert in hac ignoratione, verumne sit ipsum Valentiani nomen, quod me praeterea legere non me-

*) „Quo tempore vixerit Philargyrius, etsi difficile sit „affirmare, ex libri tamen inscriptione coniici potest, „floruisse Imperatore Valentiniano, si modo Valenti- „nianus Augustus eo titulo designatur. Illud certe con- „stat, eum non longe a Servii aetate afuisse et Virgilii „chirographo (?) usum esse, ut ex eius Commentario „apparet, in quo multa ab eo proferuntur ex iis scri- „ptoribus, qui temporibus non nisi antiquissimis ex- „stabant.“ *Ex Fulvii Ursini Praefatione.*

mini; satis est videri verum esse; nam ut ex Maximi nomine fit Maximini et Maximiani, ita ex Valentis Valentinus et Valentianus, quamquam haec tantum usu frequentata novimus: Valentinus et Valentinianus. Consimile nomen Crescentis haec ex se gignit: Crescentius, Crescentinus, Crescentianus; et Cornelii Crescentiani nomen est apud Reinesium Synt. Inscr. Cl. X, 1. no. 59., Flavii Crescentiani ibid. no. 243., Magii Crescentiani Cl. V, 23. no. 58. Atque ut hos Crescentianos a Cornelio aliquo, Flavio, Magio adoptatos esse veri est simillimum, ita hunc Valentianum, antequam in aliam gentem transiret, Valentium fuisse suspicabimur. Itaque putabimus Philargyrum libellum suum misisse Valentiano cuidam, homini docto Mediolanensi; cur autem potissimum Mediolanensi? nimirum quod ipse esset Mediolanensis, id quod docet subscriptio, quae est apud Suringarum pag. 271., Eclogae decimae subiecta in codice Leidensi:

„Haec omnia de Commentariis Romanorum con-
„gregavi, id est Titi Galli et Gaudentii et maxime
„Iunilii Flagrii Mediolanensium.“

Romani autem quod iidem h. l. appellantur et Mediolanenses, eo factum mecum existimabis, VIR ERUDITISSIME, quod is, qui haec scripsit, mediae quae dicitur aetatis homo nec Italus, (Gallus fortasse,) veteres scriptores Italos communi nomine Romanorum complecteretur.

Quae cum ita sint, firmiora circumspicienda sunt argumenta, ex quibus probabilem coniecturam de aetate Philargyri capere liceat. Et Fulvius quidem Ursinus eum non longe a Servii aetate afuisse iudicat; nec poterat is aliter statuere, qui id Commentariolum ad Imperatorem Valentinianum missum crederet. Ursino assentiri videtur Saxius Onomast. Lit. T. I. p. 471.; in eadem sententia sunt Suringarus pag. 273. et Fr. Osannus l. l. pag. 283. Audiamus Suringarum ita disputantem pag. 97.:

„De aetate, qua vixerit Philargyrius, admodum
„dubia res est; neque enim huius nomen a quo-

„quam Veterum memoratur, nec ipse quidquam suae „aetatis indicium in toto Commentario prodit. Du„bito dicere, hunc Servio fuisse antiquiorem, qui, „quum tot interpretum auctoritatem passim cita„verit, huius nomen ne semel quidem memoravit. „Aeque minus ille Servium citat, quod non dubito, „quin facturus fuisset, si Servii Commentarios co„gnovisset. Si autem tollenda est difficultas, quare „nec hic illius, nec ille huius mentionem fecerit, „statuendum erit, alterum alterius fuisse aequalem, „ita quidem ut ambo, in diversa utpote regione, „eodem saeculo vixerint, absque ut vel huius labor „illi, vel illius labor huic potuerit esse notus."

Paulo post tamen ita scribit:

„Equidem hac in re ignorantiam fateri, quam „temere hariolari malo."

Redhibui verba Suringari nulla in parte a me mutata. Atque illud quidem minime concedendum est Suringaro, ne ullam quidem notam aetatis, qua scriptus sit ille Commentarius, in ipso reperiri. Sed de ea re infra dicetur explicatius. Nunc illud quaeramus quale sit, quod Servio fere aequalem existimat Philargyrum. Verum est, quod ait Suringarus, neutrum ab altero commemorari; quod si a duobus nostrae aetatis scriptoribus idem argumentum simili consilio modoque tractantibus factum fuerit, ut neuter alterius mentionem faciat, sane, etsi nulla sit anni nota in fronte utriusque libri, utrumque eodem tempore scriptum ac typis impressum suspicabimur. Eandem suspicionem si ad hanc, quam nunc attigimus, causam transtuleris, vide ne vehementer fallare. Uterque enarrator, et Servius et Philargyrus, ex iisdem quasi armamentariis interpretandi instrumentum petiit. Et si quis paulo accuratius quaesierit, quos uterque auctores secutus sit, facile sibi persuadebit, in his prope nullum inveniri, qui post Antoninos fuerit. Ac de Philargyro quidem non dubitaverim id pro certo affirmare; itemque Servius aut

nullum laudat, qui post eam aetatem fuisse putandus sit, aut si quem laudat praeter Donatum, ita raro id facit, ut facile assentiamur ei, qui id non ab ipso factum credat. Sed ea res amplioris quaestionis est, quam quae hoc loco pertractari possit. Nunc quidem satis est hoc intelligi, quod neuter alterius mentionem iniiciat, ex eo non posse consequi, quod voluit Suringarus, aequales fuisse hos Grammaticos; neque enim solent illi alios adhibere, nisi veteres interpretes, qui multo ante ipsos fuerunt. Nempe cum doctissimi homines superioribus saeculis Vergilii carmina enarrassent, nihil fere recentiores illi relictum sibi putabant, nisi ut, quae suo quisque consilio maxime convenire arbitraretur, ex illis fontibus derivarent.

At, inquit Fr. Duebnerus, cuius Viri nomen eo usurpo libentius, quo paratior est ac promptior ad iuvanda popularium suorum studia philologica, *Zeitschrift f. d. Alterthumswissensch.* 1834. no. 153. p. 1228., constat Servium saepe allegoricarum explicationum in Bucolicis meminisse, eo fere consilio, ut eas reiiciat.*) Harum auctorem Duebnerus, inventis quibusdam in Parisina Bibliotheca pagellis, particulam, ut ipse putat, Commentarii Philargyriani offerentibus, hunc Philargyrum auctorem esse affirmat. Ego vero, cum parum probabile sit tales interpretationes, quae, etsi ex parte sint repudiandae, tamen accuratiorem quandam produnt priscorum temporum notitiam, quam qualem hominum ab ea aetate nimis longo intervallo remotorum fuisse credas, a Philargyro esse primum inventas, ita potius statuo, has quoque ab utroque, et Servio et Philargyro, ex antiquioribus interpretibus petitas esse, Servio non ex Philargyro demum cognitas. Quid, quod Fr. Osannus l. l. pag. 284., Suringarum huius opinionis auctorem antestatus, ipsam Praefationem Geor-

*) Vere utique Servius ad Ecl. III, 20.:
„Refutandae sunt allegoriae in bucolico carmine, nisi „cum ex aliqua agrorum perditorum necessitate de„scendunt."

gicorum Servium a Philargyro mutuatum dicit? Quod ut per se incredibile est, ita eo redarguitur, quod multa habet Philargyrus, quae non sunt apud Servium, ita tamen comparata, ut si vidisset Servius illius Commentarios, ea praetermissurus non fuisset, cf. Ecl. II, 63. III, 62. VIII, 109. Ge. I, 192. 309. II, 97. 162. 167. 225. 299. 349. 381. 417. 456. 459. 477. 497. cet. Ac Philargyri esse hanc Praefationem declarant etiam signa quaedam elegantioris sermonis, qualia apud hunc non uno loco deprehendimus, aliena illa quidem ab horridiore genere scribendi, quo utitur Servius. Est autem in Burmanni editione triplex praefatio; primam vindicavimus Philargyro, altera non impedio quominus Servio tribuatur; tertia, e codicibus Bernensibus 𝔉 et 𝔊 emendanda, pars est extremae Philargyrianae cum novo exordio. Sed quoniam semel in hanc quaestionem deducti sumus, placet ea hic proponere, quae in duobus illis Bernensibus libris subiiciuntur Praefationi Philargyrianae:

> „Hucusque hic tractatur. In Georgicis poeta solus „loquitur. In Georgicis et hic (scribe *et in Aenei-* „*de n.*) enarrat. In Georgicis operatur. In Georgicis „medium eloquium. In Georgicis vita prudentium. „Georgica septennio scripsit. Georgica Maecenas „postulavit. Georgica duobus modis scripsit, prae- „cepto doctoris et persona discipuli requirentis. „In Georgicis angusta dilatavit. *Iunilius dicit.*“

In his quattuor cola, quae sunt extremo loco posita, ex ipsa Praefatione Iunilii repetita esse liquet; sic enim ille: „duobus modis scripsisse dicendum est. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis indicaret sui ingenii coartando lata et angustiora dilatando. — — Et hi libri didascalici sunt; unde necesse est, ut ad aliquem scribantur; nam praeceptum doctoris et discipuli personam requirit; unde ad Maecenatem scripsit,“ *cet.* Ex quo intelligendum videtur cetera quoque, quae in illa Praefatione non attinguntur, ex eadem deprompta esse, copiosiorem igitur eam fuisse, quam nunc exstat.

Denique Philargyri Commentarium prius, quam Servii, conscriptum esse eo quoque probari ait Osannus pag. 284., quod in Parisino illo fragmento ad Ecl. III, 90. haec legantur: „De Maevio nihil reperi;“ de quo homine cum habeat Servius quod referat, videri apparere Serviana, cum haec scribebat Philargyrus, nondum fuisse edita. Esto igitur id fragmentum Philargyri; sed quid est apud Servium de Maevio, praeter versum Horatii, quod non sit apud Philargyrum? Nihil igitur valet illud argumentum, cum, quo nitatur, non habeat.

Quo autem iure Duebnerus et Osannus hoc demonstrandum susceperunt, Philargyrum ante Servium fuisse, eo nunc ego utar ad probandum contrarium. Ita enim scribit Servius ad Ge. IV, 370.:

> „Saxosum sonans] *saxosum* legendum, non „*saxosus*, ne sint duo epitheta, quod apud Latinos „vitiosum est.“

Contra Philargyrus:

> „Saxosum sonans] Alias *Saxosus sonans*, non „ut duo intelligendum, saxosus et sonans, sed „ob saxa sonans.“

Quis non videt ipsum Servium redargui a Philargyro? Ergo Servius aetate prior, Philargyrus posterior. Quod cave ita concludas. Servius cum ea acceperit a superioribus Grammaticis, non ipse Servius putandus est refutari a Philargyro, sed is, quisquis ille fuit, qui ea primus scripsit.

Sed quod negat Suringarus ullo signo suam aetatem prodere Philargyrum, id ab eo, qui dedita opera de veteribus scholiastis scriberet, negari potuisse est sane quod mireris. Deprehenduntur enim temporis quaedam notae et in rebus et in verbis. Antiquum spiritum fastumque hominis Romani agnoscas facile in iis, quae scribit Philargyrus ad Ge. III, 89.:

> „Xanthum dicit et Cyllarum equos, quos Neptunus „Iunoni dedit, illa Castori et Polluci, ut poetae „Graeculi fabulantur.“

Mordacius etiam loquitur ad III, 391.:

„Huius opinionis auctor est Nicander; nec poterat esse nisi Graecus."

Ex quo apparet etiamtum obtinuisse veterem illum Graecorum hominum contemptum. Itaque verisimile est scripta haec esse vigentibus rebus Romanis, necdum fractis Romanorum animis perculsa et afflicta a barbaris Italia, quod factum novimus ineunte quinto saeculo p. Chr. nat. Sed eum, quem modo attigimus, contemptum Graeculorum maxime mirum esse dixeris in homine, cuius ipsum nomen Graecam originem prae se ferat. Unde igitur tantum fastum, quem facile ignoscas Romano homini, Philargyro venisse putas? Nempe ex ea re intelligitur Philargyrum, cum servile sit hoc nomen, libertino genere ortum esse, sed eo, quod dudum (vidimus enim supra iam Ciceronis aetate servos aut libertos Philargyros Romae fuisse) cum libertate etiam civitatem Romanam acceperit propitereaque antiquae originis oblitum ingenio, moribus, patria plane Romanum factum sit.

Necdum obsoleverant Philargyri aetate sacra ethnica, id quod cognoscitur ex iis, quae scripsit ad Ge. III, 380.:

„Nymphis libari vino Pontifices negant."

tum ex simili re Ge. II, 394.:

„Improbant enim aruspices hostiam, quae admota „altaribus reluctatur."

adde Ecl. IV, 63.:

„Pueris nobilibus editis in atrio domus*) Iunoni „Lucinae lectus ponitur."

Apertum est autem, qui sic loquatur, eum ad sui temporis morem referre sermonem. Denique rem ita, ut dixi, se habere, manifestius etiam declarant ea, quae leguntur ad Ge. III, 425.:

„Sirius] Stella in ore Canis. Hac oriente maximi „calores et ex his graves morbi; ideoque Romae „omnibus annis sacrum Canarium fit „per publicos sacerdotes."

*) ita enim haec emendatius inter Serviana leguntur; apud Ursinum est: *in atrio Iunonis Lucinae*, omisso voc. *domus*.

Exposuerunt de eo sacro Ovidius, Festus, Columella; quod cum omnibus annis fieri solere dicat Philargyrus, non est, quod in re, quam iam pro confessa habeas, pluribus moremur.

Atque ipsum Philargyrum ethnicum fuisse cum ea probant, quae modo proposuimus, (nam ita solet ethnicus loqui de sacris ethnicis, tamquam de re et praesenti et quam ipse amplectatur,) tum illa persuadent, quae scripsit ad Ge. III, 391. sq.:

Munere sic niveo lanae, si credere dignum est,
Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit.

„captam fefellit] Cepit et fefellit. Et bene: si „credere dignum est, quia dicturus erat impia „in Deam. Fabula sic est: Pan cum Lunae amore „flagraret, ut illi formosus videretur, niveis velleribus „se circumdedit, atque ita eam ad rem veneream „illexit. Huius opinionis auctor est Nicander; „nec poterat esse nisi Graecus."

Qui cum ipso poeta aegre ferret pollutas tali fabula religiones, eum non licet credere Christianum hominem fuisse, cui cum omnis cultus deorum invisus esse deberet, non adeo indigna illa res potissimum videri posset, ut eiusmodi convicio Graecam credulitatem proscinderet. Nam si quis dixerit, ab antiquo aliquo interprete haec transtulisse Philargyrum alienumque id esse posse, non ipsius iudicium, primum si ille solum id agebat, ut alienis copiis illustraret Vergilium, non adiecisset extrema illa, nisi ipse similiter, ut is, a quo haec sumpserat, animo affectus esset; tum sui iudicii hominem fuisse Philargyrum satis ostendit cum omnis, qua utitur, interpretandi ratio sive ab ipso inventa sive prudenti delectu instituto alienam copiam mutuata, tum indicio sunt talia, qualia legimus Ge. III, 3.:

„Carmina] Legitur et *carmine*, et, ut puto, rectius. Non enim dicit cetera carmina iam vulgata, sed cetera omnia absolute, i. e. ceterae omnes res vulgatae."

Ge. III, 296.:

„Dum mox] Celsus *mox* pro *donec* interpretatur;
„sed, ut puto, *mox* abundat."

Verba poetae haec sunt:

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpere ovis, dum mox frondosa reducitur aestas.

Ubi primum illud recte negat Philargyrus, *dum mox* idem esse, quod *donec*; tum illud velim animadvertas, hoc dicere Philargyrum: abundare *mox*, i. e. si omissum sit, non magnopere desiderari; non redundare, i. e. plane otiosum esse, sed copiosiorem fieri adiecta ea particula sententiam; hoc enim dicit poeta: non debere pastoribus gravem videri ac nimis molestam eam curam; mox enim redituram aestatem, quae eos liberet ab hoc labore. Facile adstipulabimur Philargyri sententiae etiam Ge. IV, 219. sqq.:

His quidam signis, atque haec exempla secuti
Esse apibus partem divinae mentis et haustus
Aetherios dixere.

„Secuti] Pythagorae sectam versat,*) quam et Stoici
„sequuntur. Et quidam accusant, quod, cum sit Epi-
„cureus, alienam sectam usurpare videtur. Sed ego
„puto simpliciter referri sententias philosophorum."

Sed redeamus in viam, unde parumper divertimus. Erit autem fortasse, qui Christianum fuisse Philargyrum inde probatum eat, quod ad Ge. IV, 111. ita scribit:

„Hunc, (Priapum,) Liberi et Veneris filium, hortis
„et vineis custodem datum aiunt;"

ita enim loqui solere, qui tradita ipse non credat. Parum id ad persuadendum apposite; fieri enim potuit, ut talia ne ethnicus quidem crederet, ut multos scimus multa eius generis non credidisse, licet non essent Christiani. Atqui paganos agrestes commemorat Philargyrus ad Ge. II, 381.; paganos autem dictos esse a Christianis constat, qui sacris Christianis non essent initiati; atque eam vim ei vocabulo adiungi a Philargyro probare videtur quod adiectum

---

*) *servat* emendat Rutgers. V. L. VI, 15., rectene an secus, viderint alii.

est *agrestes*, quod vocabulum, si paganos vetere consuetudine dictos accipias, (κωμήτας,) redundare existimes. Sed proponamus totum scholion; id his verbis conceptum est:

„*Compita*] Ut Relatio placet, locus ex pluribus par-
„tibus in se, vel in easdem partes ex se via atque
„itinere dirigens, sive is cum ara, sive sine ara,
„sive sub tecto, sive sub divo sit, ubi pagani agre-
„stes buccina convocati solent certa inire concilia.
„Hinc et Lares compitalicii et feriae compitaliciae."

Corruptum hic esse nonnihil dudum intellectum est. Vocabulum *Relatio* alii aliter emendarunt; at tu vide, ne vitii sedes non sit in eo nomine, sed in particula *Ut*, quam ex nomine Verrii aut Varronis per compendium scripto natam suspiceris. Neque vero, qui ita haec corrigat: „Verrii (aut Varronis) relatio placet," periculum est ne contra consuetudinem locutus videatur; similiter enim infra ad Ge. III, 313.:

„cilicia, quae Celsus ait retulisse Varronem
„ideo sic appellari."

Tum pro illis *via atque itinere* legendum videtur *viam* (vel *vias*) *atque itinera*. Sed consideranti id scholion statim apparet haec relata esse a docto Grammatico, quales ea aetate exstiterunt, qua vocabulum *paganus* nondum ita dici coeptum est, ut significaret gentilem, ἐθνικόν, i. e. deorum cultorem. Praeterea ipsum illud, quod adiungitur, *agrestes* indicat diligentiam eius, qui haec scripsit; fuerunt enim etiam urbici pagani, in collegium compositi, ad quos spectat oratio Pseudo-Ciceronis pro Domo sua c. 28.:

„Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani
„aut montani, (quoniam plebei quoque urbanae
„maiores nostri conventicula et quasi concilia quae-
„dam esse voluerunt,) qui non amplissime non modo
„de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint."

quae qui scripsit vix dubium est quin tacite cogitaverit de conciliis agrestium paganorum, qualia a Philargyro commemorantur. Ergo ne hoc quidem scholion obstat, quominus Philargyrum gentilem fuisse existimemus.

Illud etiam apparet, Philargyri aetate superstites fuisse quosdam libros ex genere eorum, qui mature videntur intercidisse, ut Thyesten Varii. Nam cum hunc in modum verba faciat Philargyrus ad Ecl. VIII, 10.:

Varium, cuius exstat Thyestes tragoedia omnibus „tragicis praeferenda,"

id, quod dixi, cum verbo *exstat* probatur, tum Gerundivo *praeferenda.* Ergo hoc quoque signum vetat, ne nimis recentem esse velimus Philargyrum.

Idem Philargyrus laudat sermonis Latini consuetudinem, quae posteriore aetate, lingua Latina omni barbarie contaminata, vix ulla dici poterat. Ge. III, 71.:

„ut uxorem sortiri dicimus."

et Ge. IV, 335.:

„presso colore, ut in consuetudine dicimus."

Accedimus iam ad orationem Philargyri. Ea quoque probat non infimae aetatis Grammaticum fuisse Philargyrum; recto enim ac fere puro, tum simplici planoque utitur sermone, omnino tali, qualem maxime in interprete veterum scriptorum requiras. Nec sprevit idem elegantiam quandam orationis, ubi ea sponte se offerret; ex quo genere illud est, quod supra posuimus, Ecl. VIII, 10.: „Varium, cuius exstat Thyestes tragoedia omnibus tragicis praeferenda;" quod non iterum attingerem, nisi viderem Weichertum his verbis offensum, qui *de L. Varii et Cassii Parmensis vita et carmm.* pag. 58. not. 49. pro *tragicis* legendum censet *tragoediis.* At vides, VIR DOCTISSIME, sermonem Philargyri ad veterum consuetudinem, postea neglectam, compositum; dixit enim tragoediam omnibus tragicis praeferendam eo more, qui ab optimis quibusque scriptoribus frequentatur et Graecis et Latinis, ut a Cicerone de Offic. I, 22.:

„Quorum (*Pausaniae et Lysandri*) rebus gestis „quamquam imperium Lacedaemonis dilatatum puta„tur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi „legibus et disciplinae conferendi sunt."

Idem Cicero Orat. c. XIII. §. 41.:

„Maiore mihi ingenio videtur esse, (*Isocrates*,) „quam ut cum orationibus Lysiae comparetur."

et de Orat. II, 1, 4.:

„Nostrorum hominum in omni genere pruden„tiam Graecis anteferre."

Sallust. B. Jug. c. LXXXV, 13.:

„Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia „me hominem novum."

Plura huius generis afferunt Wopkens. Lectt. Tull. p. 135. ibique Hand. Heusinger ad Cic. Off. I, 22. Kuehner ad Cic. Tusc. I. 1, 2. Kritz ad Sallust. Cat. c. LI, 14. Ellendt ad Cic. de Orat. I, 4, 15. Ruediger ad Demosth Olynth. II, 10, 4. Matth. Gr. Gr. §. 453. Atque ut in hac orationis conformatione veterum auctoritatem secutus est Philargyrus, ita, si integris uteremur eius Commentariis, multa fortasse alia antiqui coloris vestigia deprehenderemus. Priscae monetae verbum est *vannere,* quo simplici (nam compositum *evannere* etiam apud alios reperitur) praeter Lucilium nullus, quem quidem norimus, scriptor usus putatur; vid. p. 314. edit. Haverc. et Nonium p. 19. edit. Merc.; idem legitur apud Philargyrum ad Ge. I, 165. Ceterum sunt apud eundem verba quaedam, quae Appuleii aut etiam Donati aetate videntur in consuetudinem venisse, quale est *moraliter* Ge. III, 550., *appetibilis* ib. 174, *prohibitor* ib. IV, 110., denique *vituperabiliter* Ecl. V, 7. in scholiis Bernensibus; de illo, quod in iisdem scholiis affertur, *historialiter intimare*, si modo est ipsius Philargyri, dicetur in altera parte huius disputationis. Quaedam, in quibus gravius offensum, non videntur imputanda Philargyro, sed iis, qui in brevius eum coartarunt. Insigne eius rei argumentum est, quod, cum ipse in Praefatione Georgicorum recte ita scripsisset, quemadmodum est apud Burmannum:

„Nam omnis terra, ut etiam Varro docet, quadri„fariam dividitur,"

barbare loqui eum fecerunt, qui apud Suringarum et Muellerum hunc in modum verba eius deformarunt:

„Nam omnis terra quadrifaria."

Antiquum est vocabulum *Ecloga*, iam a Varrone ita commemoratum, ut appareat idem saepe significasse, quod Graecum εἰδύλλιον, vid. etiam Plin. Epist. IV, 14, 9. Etsi autem recte poterant Vergilii carmina pastoritia Eclogae nuncupari, tamen, quia ab ipso poeta, ut testis est Macrobius, (vid. Heins. apud Burm. Virg. T. I. p. 3.) quocum consentiunt antiquissimi libri mss. carminum Vergilianorum, Bucolica appellata sunt, eo nomine solo utuntur antiquiores Grammatici; Probus demum, Donatus, Servius, Fulgentius Planciades, admiserunt vocabulum Eclogae, item semel Philargyrus ad Ge. IV, 565. Ex quo fortasse non iniuria colligas non multum aetate inter se diversos fuisse Servium ac Philargyrum.

Brevi mihi esse licet in praedicanda eruditione Philargyri, quippe ab aliis iisque maxime idoneis auctoribus iustis laudibus ornata; et testimonii loco potest esse quodammodo „Indiculus scriptorum a Philargyro citatorum" a Fabricio Bibl. Lat. Vol. I. p. 340. sqq. exhibitus. Multa in eo sunt signa exquisitioris doctrinae, qualem non liceat in homine quaerere, qui post eversam rem Romanam aut etiam prostrata iam omni pristina imperii dignitate fuerit. Sed plane indocta dixerit fortasse aliquis, quae leguntur Ecl. III, 39.:

„Hedera] legitur et *Aedera*, ab aerendo arboribus,
„et sine aspiratione dici debet."

Quis tandem, nisi imperitissimus homo, tam aperti vitii rationem ducendam putaverit? At habet ea originatio non solum Philargyrum, sed longe antiquiorem auctorem, Verrium aut Festum apud Paulum Diaconum p. 100. (74.) edit. Mueller.; is enim similiter:

„*Hedera* dicta, quod haereat," *cet.*

ab eoque haec petiisse Philargyrus videri potest. Mature autem *e* et *ae* inter se permutaverunt Romani; vid. quae scripsi Orthograph. Vergil. s. v. *Scaena* p. 470. Cum autem ipsum metrum illud *aedera* nullo modo admittere videatur, velim memineris fuisse posterioribus saeculis, qui ipsam

hanc diphthongum corriperent; cuius rei antiquissima quae quidem exstant, exempla sunt apud Ausonium, qui medio quarto saeculo floruit, plura magisque promiscua apud Christianos poetas; vid. K. L. Schneideri Grammat. Vol. I. p. 54. sq. Ex quo intelligitur ipsum quoque *aedepol*, quod in antiquis libris mss. et impressis Plauti et Terentii multum visitur, etsi non fuerit Plautinum aut Terentianum, certa tamen quadam aetate minime vitiosum visum esse.

Vides igitur, VIR PRAESTANTISSIME, contra quam iudicavit Suringarus, non pauca inesse in his Commentariis, ex quibus coniecturam facias de aetate Philargyri; quae licet non discrepet ab aliorum Virorum doctorum ipsiusque Suringari opinione, quarto post Christ. nat. saeculo fuisse eum hominem, firmioribus tamen a me, quam ab illis, argumentis comprobata cautumque simul est, ne quis forte incredulus, quales multi hodie sunt, nos disputationemque nostram (maxime alteram eius partem, cum primum res passa fuerit, typothetae tradendam) in rebus fictis versari existimet.

Fulvius Ursinus in Praefatione scribit chirographo Vergilii usum esse Philargyrum idque ex eius Commentario apparere affirmat. Repetiit ea verba Heynius T. IV. p. 746 edit. quartae. Tale αὐτόγραφον si vidisset Philargyrus, esset sane, quod eum valde antiquum existimaremus. Chirographa Vergilii Quintilianus vidit, Inst. Orat. I, 7, 20. Sed cum praeterea nemo ea praeter Probum, antiquum quidem illum, non hunc recentiorem Grammaticum, quem supra commemoravimus, vidisse legatur, Aulus autem Gellius ita referat de Probo, ut nullum αὐτόγραφον Vergilii ipsius Gellii aetate exstitisse pro certo haberi posse videatur, (quamquam aut mentitum esse Probum aut deceptum verisimile est, ut Orthograph. Vergil. p. 403. ostendimus; nec Kritzius ita multum eiusdem fidei tribuit ad Sallust. Cat. c. 5. §. 3.) ante Antoninos fuisse Philargyrum suspiceris. At nusquam tale quidquam prae se tulit Philargyrus; videntur Ursinum fefellisse ea, quae leguntur ad Ge. IV, 141.:

„Ipsius autem (Vergilii) manu duplex fuit scriptura, „*tinus* et *pinus*."

Verum id ab aliis accepisse Philargyrum, ipsum verbum *fuit* videtur arguere. Similiter ib. 231.:

„Fetus] *Flores* emendatum fuit."

Ac si chirographo ipsius poetae usus esset, et poterat et debebat eius testimonio uti, ubicumque aliquam scripturae discrepantiam deprehenderet; (et satis saepe deprehendit;) confecta res fuisset, si Ge. III, 3. in chirographo illo repperisset *carmine*, non *carmina;* nunc cum ita loquatur:

„Carmina] Legitur et *carmine*, et, ut puto, rectius", dubitandi locum ibi relictum fuisse apparet, qui, si in chirographo poetae *carmine* scriptum invenisset, nullus fuisset. Non levioris ponderis sunt, quae scripsit Philargyrus ad Ge. II, 332.:

„Celsus ait *germina* reliquisse Virgilium."

Si ipse usus esset Vergilii chirographo, non erat, quare eam lectionem a Celso se sumpsisse diceret.

Haec habui, de ipso homine eiusque aetate quae scriberem. In quibus si forte multa vel subtilius quaesita copiosiusque tractata vel scripta limatius velis, VIR EXCELLENTISSIME, dabis veniam homini in aliis rebus occupato et serius, quam vellet, haec scribere aggresso, praeterea eo ipso tempore adversa valetudine conflictato. Idque TE facturum confidere me iubent illae TUI erga me animi significationes, quarum plena est TUA Aeneidos editio.

Vale, VIR EGREGIE, meritaque, quam apud omnes consecutus es, gloria diu fruere!

Schulnachrichten.

In Folge hoher Ministerial-Verordnung vom 6. März vor. Jahres wurde der Unterricht in der freien Redekunst in den Lehrplan der ersten Klasse aufgenommen und die Leitung desselben dem Oberlehrer Herrn D. Köchly übertragen. Eine andere wesentliche Abänderung im Lehrplan wurde nicht vorgenommen.

Auch in dem verflossenen Jahre hatte die Schülerbibliothek sich mehrerer Geschenke zu erfreuen, wofür die Anstalt zu dem lebhaftesten Danke sich verpflichtet fühlt. Wir erhielten an Geschenken von dem Herrn Gerichtstafelbeisitzer Prof. D. Zipser in Neusohl die erste Centurie Ungarischer Mineralien; von der Hahn'schen Hofbuchhandlung in Hannover: Leunis, Synopsis der drei Naturreiche, 1. Th. Zoologie; aus der Arnoldischen Stiftung: Ranke, Geschichte der Reformation 5. Bd.; vom Herrn von Quandt: von Quandt, Beobachtungen auf einer Reise nach Frankreich; von den jetzigen Abiturienten: Chalybäus, Geschichte der Philosophie — von Raumer, Europa 1763—83, 3 Bde. — Wackernagel, Auswahl deutscher Gedichte — Seume, Gedichte — Fr. Schlegel, Gedichte — G. Schwab, Gedichte — A. Grün, der letzte Ritter und Spaziergänge eines Wiener Poeten — Lenau,

die Albigenser — Schwab und Klüpfel, Wegweiser durch die Literatur der Deutschen; von andern Schülern: Shakespeare's Werke — Boz, Nikolaus Nikleby 7 Bde. — Llorente, die Päbste 2 Bde. — Schneller, der Mensch und die Geschichte — Lüdemann, Geschichte Griechenlands — Münch, Geschichte Portugals — Gödecke, Deutschlands Dichter von 1813—1843 — neue Land- u. Seebilder 4 Bde. — Eckendahl über Napoleon. — Aus der Casse wurden angeschafft: von Wollzogen, Schillers Leben — Pfister, der Krieg in Morea 1687. — Aster, Schlacht bei Dresden — von Humboldt, Kosmos 1. Bd. — Dahlmann, Gesch. der französ. Revolution — Burmeister, Geschichte der Schöpfung — Kriegk, Schlossers Weltgeschichte — Ott, Gesch. der letzten Kämpfe Napoleons 2 Bde. — Mügge, Skizzen aus dem Norden 2 Bde. — Varnhagen v. Ense, Leben des General Keith — und Fortsetzungen von Brockhaus Conversationslexicon, vom Nekrolog der Deutschen und Abbildungen zu Okens Naturgeschichte.

Bei der zu Michaelis 1845 gehaltenen Maturitätsprüfung sind nachstehende Oberprimaner mit dem Zeugniss der Reife zur Universität entlassen worden:

Mit dem Zeugniss für:	Sittlichkeit.	Wissenschaft.	Studium.
Heinrich Louis Sachse, aus Dresden	I*	I.	Jura
Christ. Wilh. Ludw. Abeken, aus Dresden . . .	I*	I.	Jura
Carl Gottlob Berold Freih. v. Tettenborn, aus Döbeln	I.	III.	Camer.
Andreas Bruno Brückmann, aus Dresden	II^a	II^a	Jura
Maria Friedr. Aug. Joh. Ludw. Forwerk, aus Dresden .	I.	II^b	Jura
Heinrich Theodor Zenker, aus Dresden	I*	II^b	Medic.
Oskar Ferdin. Peschel, aus Dresden	I.	II^a	Jura
Otto Leonhardi, aus Dresden	I*	II^a	Jura
Gust. Leonhardi, aus Dresden	I*	II^b	Theol.
Adolph Lothar von Göphardt, aus Dresden	I.	II^b	Jura
Heinrich Ferdinand Kloss, aus Priessnitz . . ,	I*	I.	Medic.
Friedrich August Hauffe, aus Rausslitz	II^a	III.	Medic.
Carl Fr. Wold Ad. Roch, aus Dresden	I	II^a	Jura

Die Zahl der sämmtlichen Schüler ist jetzt 324, wovon 15 in Oberprima, 40 in Unterprima, 33 in Obersecunda, 40 in Untersecunda, 41 in Obertertia, 48 in Untertertia, 31 in Oberquarta, 28 in Mittelquarta, 31 in Unterquarta, 17 in Quinta sitzen.

Verzeichniss der Schüler des Gymnasiums zur Osterprüfung 1846.

Prima.

Oberprima.

G. M. Heymann, Schneeberg.
C. C. Thieme, Dresden.
O. Funke, Chemnitz.
J. W. v. Zobel, Dresden.
R. B. Fr. Günther, desgl.
F. G. Brescius, Bautzen.
G. O. Lehmann, Kesselsdorf.
G. B. Lehmann, desgl.
C. M. Weisse, Dresden.
J. Vogel von Vogelstein, desgl.
E. F. G. Saxe, desgl.
O. Th. Auerswald, Ponickau.
J. E. Judeich, Dresden.
F. W. Teetzmann, Zschopau.
V. Holzmüller, Dresden.

Unterprima.

F. A. G. Mischel, Dresden.
F. J. Hausmann, desgl.
W. Lehmannbeer, desgl.
E. H. Eissner, Grossnaundorf bei Pulsnitz.
A. R. Abeken, Dresden.
Th. Schwarze, desgl.
Th. E. Lehmann, Camenz.
M. R. Ziesche, Markersbach b. Berggieshübel.
J. G. Elterich, Dresden.
C. F. J. Gleisberg, desgl.
M. R. Richter, Bischofswerda.
R. Stange, Dresden.
O. Vater, desgl.
F. A. Kayser, desgl.
V. Fleck, Gottleube.
C. J. Th. Bachmann, Hubertsburg.
E. L. Dietze, Moritzburg.
L. Ernst, Dresden.
F. M. Heymann, Schneeberg.
W. G. Seiftert, Dresden.
E. S. Jaspis, desgl.
T. F. W. Schöpff, desgl.
H. W. v. Lindenau, desgl.
J. K. Krippendorf, desgl.
R. W. H. Gräffe I., Dresden.
O. P. Oppermann, Regensburg.
G. A. Kayser, Dresden.
L. Th. Fasoldt, Dresden.
F. H. O. Hanisch, Bautzen.
A. H. Dietrich, Golk b. Meissen.
E. C. H. Rüger, Elstra.
F. A. O. Becker, Dresden.
E. A. Tittmann, Kautzsch bei Kreischa.
T. L. C. Gräffe II., Dresden.
K. A. A. Weller, desgl.
C. H. v. Könneritz-Nöthnitz, Dresden.
H. Zumpe, Neustadt b. Stolpen.
J. K. Rotsch, Dresden.
E. Kadner, Liebstadt.
A. W. Ziegner, Grögis bei Meissen.

Secunda.

Obersecunda.

G. A. Goldfriedrich, Dresden.
E. O. Kretschmar, Wilsdruff.
A. Th. Prölss, Dresden.
A. Ch. Lenk, Beierfeld im Erzgebirge.
W. R. Werkenthin, Dresden.
H. W. Noth, Königsbrück.
J. E. Zenker, Dresden.
C. A. Herklotz, desgl.
H. A. v. Gutschmidt, Loschwitz bei Dresden.
H. G. Held, Leipzig.
C. G. Wendschuch, desgl.
J. W. Woost, Oberkrinitz bei Schneeberg.
B. Miller, Dresden.
Th. Belzing, desgl.

C. Burkhardt, Dresden.
Th. H. Moritz, Frankenberg.
J. A. Forker, Schmiedefeld b. Stolpen.
C. R. Rüger, Fest. Königstein.
C. A. B. Böttger, Markersbach bei Gottleuba.
J. Zenker, Dresden.
A. Linke, Reichenbach im Voigtlande.
W. E. Zimmer, Dresden.
J. L. Süss, Sangerhausen.
J. W. Roch, Dresden.
C. Kunz, desgl.
C. G. Dietze, desgl.
G. O. R. Schulz, Johanngeorgenstadt.
M. C. Nehrhoff v. Holderberg, Dresden.
R. J. S. Henschler, desgl.
G. F. J. Witschel, desgl.
B. A. Ahnert, desgl.
M. Engel, Dresden.
C. Fr. A. Fröhlich, Katzenberg bei Nossen.

Untersecunda.

J. M. Suppe I., Chemnitz.
C. O. Kieber, Oederan.
C. F. Kuntzsch, Radeberg.
F. M. Heckel, Dresden.
F. Lehmann, desgl.
C. G. Meinhold, desgl.
C. A. Weiske, desgl.
Chr. O. Weiss, Lockwitz.
H. F. v. Sahr, Dresden.
C. Th. Rascher, desgl.
F. P. von Zahn, desgl
E. Th. Müller, Meissen.
P. G. Saling, Berlin.
C. F. Steltzer, Obergruna.
J. W. Schäfer, Döbra.
C. R. Böhmer, Schandau.
C. Th. Giesemann, Potschappel.
A. J. Lossnitzer, Dresden.
L. E. Suppe II., Chemnitz.
C. A. Cl. Köhler, Kesselsdorf.
O. C. Biedermann, Wurzen.
E. A. Jäckel, Sommsdorf.
J. Br. Haas, Zwickau.
H. F. Stenke, Dresden.
A. G. Wagner, desgl.
Fr. J. Lippold, Pulsnitz.
C. J. Böttcher, Dresden.
G. L. Pflugk, Pirna.
C. R. Ulrich, Dresden.
O. E. Götze, desgl.
C. Cl. Schulz, Königstein.
C. Th. O. Wolf, Dippoldiswalde.
O. A. Anger, Eythra b. Leipzig.
C. H. Lotzmann, Bautzen.
C. A. Mirus, Leissnig.
E. J. Mittag, Maxen.
R. F. Döring, Dresden.
F. Feilchenfeld, Schlichtingsheim.
L. Poel, Odessa.
F. A. Spann, Dresden.

Tertia.

Obertertia.

G. A. Kretschmar, Schönborn bei Radeburg.
C. H. Jeheber, Neuwernsdorf b. Frauenstein.
H. von Salza und Lichtenau, Dresden.
F. A. M. Schelcher, desgl.
H. C. Leonhardi, desgl.
O. C. Leonhardi, desgl.
F. A. v. Zahn, desgl.
J. Th. Ernst, Radeberg.
G. O. Pohland, Dresden.
F. Ch. v. Hausen, Zittau.
H. Schill, Schneeberg.
K. W. Hendel, Dresden.
F. O. Schöppenthau, desgl.
P. E. Neubert, Wilsdruff.
G. W. Steinert, Dresden.
H. A. Weiske, Radeberg.
K. G. A. Spitzner, Dresden.
E. Schiller, desgl.
E. F. L. A. Blochmann, desgl.
K. F. Schmidt, Magdeburg.
J. F. A. v. Dallwitz, Zittau.
Th. L. W. V. Porth, Leipzig.
R. B. Hoffmann, Gottleube.
J. Th. Schmiedel, Dresden.
H. Heinicke, Tharand.
G. J. S. Jenzsch, Dresden.
J. M. Th. Güntz, Thum.
F. R. Güntz, desgl.

P. L. Hübel, Dresden.
M. H. A. Ebert, desgl.
F. B. v. Zahn, desgl.
A. M. v. Wachsmann, Schmiedeberg in Schlesien.
Th. v. Steindel, Dresden.
K. H. Bassenge, desgl.
M. R. v. Nehrhoff-Holderberg desgl.
H. E. A. v. Polenz, Chemnitz.
F. L. Bösigk, Dresden.
E. Th. Schurig, Lommatzsch.
Th. A. E. Beyer, Dresden.
K. A. E. V. Tridon, desgl.
E. V. Schröter, Niederschönau.

Untertertia.

F. J. G. L. Puricelli, Dresden.
P. Ch. E. Rühle, Rothschönberg bei Nossen.
Julius Lufft, Pirna.
H. J. Schlipalius, Dresden.
J. R. Peschke, desgl.
F. E. R. Strauss, desgl.
K. B. Reiche-Eisenstuck, Annaberg.
G. L. Meissner, Grossenhayn.
C. G. Liebert, Dresden.
F. A. Kummer, Herrndorf b. Freiberg.
C. E. Brescius, Bautzen.
E. H. v. Otto, Possendorf bei Dresden.
C. R. v. Otto, desgl.
H. Trinks, Dresden.
H. A. Königsdörffer, desgl.
E. G. Otto, desgl.
A. M. Werner, Eisenberg bei Moritzburg.
B. C. Ertel, Zwickau.
Th. J. Hoffmann, Dresden.
E. A. Th. Urbach, desgl.
F. M. Böttcher, desgl.
F. H. Hofmann, desgl.
J. O. Häussler, Zwönitz.
F. Ch. Schmidt, Dresden.
C. F. W. Hellge, Leipzig.
J. O. Choulant, Dresden.
M. Tauber, Oschatz.
E. Seifert, Raschau b. Schwarzenberg.
H. Th. Martin, Dresden.
S. F. Biermann, Heidelberg b. Sayda.
O. B. Feilgenhauer, Dresden.
J. C. W. Lehmann, Grüngräbchen b. Königsbrück.
V. A. Legler, Dresden.
C. R. Boost, desgl.
C. J. Glass, Schweickershayn b. Waldheim.
L. W. Beyer, Gersdorf b. Camenz.
M. R. Schröder, Rochlitz.
C. G. Schieblich, Pulsnitz.
Th. F. G. Pallmann, Reinsberg b. Nossen.
H. H. Hantzsch, Dresden.
W. F. Greiff, Pegau.
H. Garten, Schwarzenberg.
E. W. Lenk, Rostock.
R. Henschler, Dresden.
F. M. Beckmann, Grossenhayn.
J. F. L. Voigt, Hoburg bei Wurzen.
C. G. E. Friedrich, Zittau.
C. H. Schönherr, Bautzen.

Quarta.

Oberquarta.

C. G. Rotter, Dittersbach bei Frauenstein.
C. A. O. v. Manteuffel, Frankfurt a. M.
A. F. Leonhardt, Dresden.
G. A. Herklotz I., desgl.
L. Fischer, Cölln b. Meissen.
E. W. Schneider, Dresden.
E. G. Winkler, desgl.
F. B. Maune, Kunnersdorf bei Grossenhayn.
F. H. Tröger, Dresden.
A. E. H. Müller I., desgl.
F. F. Tittmann, Leisnig.
H. E. Diethe I., Dresden.
C. F. W. Belger, desgl.
O. Kypke, desgl.
M. A. Thierbach, Leipzig.
O. Dropisch, Wurzen.
C. L. Diethe II., Dresden.
J. G. Klemm, desgl.
O. H. Gerlach, Dippoldiswalde.
H. A. Herklotz II., Dresden.

M. C. G. E. Richard, Lüttich.
C. E. Grünewald, Eisenberg bei Moritzburg.
C. Rehm, Wiesenburg b. Schneeberg.
Ch. Th. Gebhardt, Dresden.
F. L. Müller II., Freiberg.
R. O. Berger, Hauswalde bei Pulsnitz.
E. R. Ulbricht, Purschenstein bei Sayda.
M. Schönberger, Döbra.
H. F. Falkenstein, Dresden.
C. F. E. Sison, Lohmen.
B. F. Zerener, Dresden.

Mittelquarta.

K. H. Warnek, Schwarzenberg.
E. R. Pilz, Dresden.
O. Schumann, Bautzen.
G. A. Brückner I., Dresden.
K. E. Köber, Gera.
O. Mannfeld, Dresden.
E. Weller, desgl.
K. O. Rudolph, Dresden.
K. O. Zschiedrich I., Leppersdorf bei Radeberg.
G. E. Zschiedrich II., desgl.
J. G. Heinze, Dresden.
W. Ackermann, Elsterberg.
H. V. Böttcher, Dresden.
K. F. Oehmichen, Zscheppa.
K. H. Rüger, Dresden.
E. M. Hübel, desgl.
F. H. G. v. Buttlar, Oschatz.
J. Th. Sauer, Lomnitz bei Radeberg.
A. Vater, Dresden.
E. R. Schmidt, desgl.
O. Oesterwitz, Dresden.
V. L. v. Seckendorf, Plauen.
G. A. Dressler, Dresden.
P. R. Schlipalius, desgl.
M. Otto, desgl.
A. F. M. Klauss, Polditz bei Leisnig.
H. C. J. Brückner II., Pirna.
H. C. Graf v. Haslingen-Schickfuss, Cunitzsch b. Breslau.

Unterquarta.

L. Kühn, Porschendorf bei Pirna.
C. A. E. Ritter, Dresden.
A. Rosenberg, desgl.
G. E. v. d. Beck, Bärenclause bei Dresden.
C. H. G. Frauenstein, Dresden.
G. E. J. Rafeldt, desgl.
Th. C. F. Reichenbach, desgl.
C. F. Kox, desgl.
P. R. A. Ruschpler, desgl.
F. A. E. Brückner, desgl.
J. W. E. Löwe, desgl.
C. A. V. Seidel, desgl.
R. E. Fleischer, Rittmitz bei Döbeln.
J. E. Weber, Dresden.
R. F. Göllnitz, Reichstädt bei Dippoldiswalde.
F. A. Huldgren, Dresden.
A. H. Paufler, desgl.
E. A. Wachs, Strehla.
G. Ehrlich, Gottleube.
E. Kypke, Dresden.
H. Kotte, desgl.
H. O. Singer, Sora b. Wilsdruff.
K. A. v. d. Planitz, Grimma.
G. A. Fritzsche, Dresden.
H. Blüher, desgl.
M. H. Sutter, Marienberg.
C. Fritzsche, Gersdorf. b Zittau.
L. C. Hofmann, Dresden.
H. B. Küchler, desgl.
A. H. v. Zeschau, desgl.
E. F. B. Richter, desgl.

Quinta.

C. G. L. Rabenhorst, Luckau.
A. R. Kündiger, Dresden.
F. H. Thierack, Mutzschen.
C. H. G. Höfer, Dresden.
H. Müller I., desgl.
E. A. M. Funke, desgl.
K. A. Münnich, desgl.
G. A. Geissler, desgl.
E. H. Fahnert, desgl.
C. W. A. Köhler, Schönfeld bei Frauenstein.
C. Th. Förster, Dresden,
F. H. G. Müller II., desgl.
E. F. Höhle, desgl.
A. Kourmousi, desgl.
G. E. Pohle, desgl.
H. Wehner, desgl.
K. B. Dittes, Leipzig.

Ausser den nach den Oster- und Michaelis-Prüfungen im vorigen Jahre zur Universität Abgegangenen haben noch folgende die Schule verlassen und sind grösstentheils zu andern Bestimmungen übergegangen:

I. Aus der ersten Klasse.

C. T. Bergmann, aus Herrnhut. — A. W. Lorenz, aus Löbau.

II. Aus der zweiten Klasse.

A. B. G. Lehmann, aus Dresden. — O. von Nostiz-Wallwitz, aus Dresden. — E. Treusch v. Buttlar, aus Oschatz. — A. J. v. Herrmann, aus Horka bei Görlitz. — C. Th. Arldt, aus Dresden. — C. M. Keller, aus Lomnitz bei Königsbrück. — G. B. Stoltze, aus Dresden. — C. C. Graf von Hoffmannsegg, aus Dresden. — B. Alleyne, aus Westindien. — C. L. Tutzschmann, aus Wermsdorf †. — A. von Mangoldt, aus Radeberg. — R. F. Döring, aus Dresden. — O. Fr. v. Bardeleben, aus Königsberg in Pr.

III. Aus der dritten Klasse.

W. H. Gräffe, aus Dresden. — P. Werther, aus Dresden. — A. Heinicke, aus Neuhausen bei Purschenstein. H. Th. Zimmermann, aus Olbernhau. — Ottom. Fiedler, aus Dresden. — K. W. Quanter, aus Magdeburg. — Fr. A. Reuss, aus Dresden. — O. L. Beyer, aus Gersdorf bei Camenz. — H. A. W. von Hake, aus Schandau. — G. A. Hauffe, aus Dresden. — Joh. G. Saar, aus Dresden. — C. J. Büttner, aus Bautzen.

IV. Aus der vierten Klasse.

F. A. Reuss, aus Dresden. — J. H. Stübel, aus Dresden. — O. Lehmann, aus Dippoldiswalde. — C. F. Klocke, aus Dresden. — A. F. Vermann, aus Dresden. — H. G. Wiesand, aus Jessnitz bei Bautzen. — A. E. Eckersberg, Dresden. — A. Th. Vaupel, Freiberg. — C. E Mirus, aus Leisnig. — C. H. E. Quanter, aus Magdeburg. — A. Rose, Dresden. — C. F. von Zeschau, aus Leipzig. — B. A. M. Löwe, aus Dresden. — C. F. Mildner, aus Dresden †. — Th. J. Hasslauer, aus Dresden.

V. Aus der fünften Klasse.

O. G. von Rosenberg, aus Dresden. — C. G. R. Rabenhorst aus Luckau †.

Ordnung der Prüfungen.

Montags, den 30. März, Vormittags von 8 Uhr an.

Quinta und Unterquarta.

1) Lateinisch (Lat. Elementarbuch). Collab. Albani. 2) Griechisch (Kühner). Derselbe. 3) Lateinisch. Coll. Diethe. 4) Geographie. Derselbe.

Nachmittags von 3 Uhr an.

Mittel- und Oberquarta.

1) Geschichte. Collab. Lindemann. 2) Lateinisch (Böhme's Chrestomathie). Derselbe. 3) Lat. (Phädrus). D. Grässe. 4) Griechisch (Jacobs). Derselbe.

Dienstags, den 31. März, Vormittags um 8 Uhr.

Unter- und Obertertia.

1) Mathematik. D. Balzer. 2) Griechisch (Homer). D. Köchly. 3) Lateinisch (Cäsar). Oberlehrer Helbig.

Nachmittags um 3 Uhr.

Unter- und Obersecunda.

1) Religion. D. Götz. 2) Hebräisch. D. Böttcher. 3) Griechisch (Plutarch). Derselbe. 4) Latein. (Livius). D. Sillig.

Mittwochs, den 1. April, Vormittags um 8 Uhr.

Unter- und Oberprima.

1) Geschichte. Oberlehrer Helbig. 2) Griechisch (Eurip. Hecuba). Conrector Wagner. 3) Lateinisch (Horaz). Rector Gröbel.

Die unter Aufsicht der Lehrer gefertigten Specimina und andere Arbeiten in deutscher, französischer, lateinischer und griechischer Sprache werden, wie gewöhnlich, an den Examentagen zur Ansicht bereit liegen.

Entlassungsfeier.

Montags, den 6. April, Nachmittags um 3 Uhr, werden 15 Oberprimaner, nach bestandener Maturitätsprüfung, im ersten Stock des Altstädter Gewandhauses öffentlich von der Schule entlassen werden, nämlich:

Mit dem Zeugnisse für:	Sittlichkeit.	Wissenschaft.	Studium.
Gustav Moritz Heymann, aus Schneeberg	I*	I.	Theol.
Carl Christian Thieme, aus Dresden	I*	I*	Theol.
Otto Funke, aus Chemnitz . .	I.	I.	Medic.
Johann Wolf von Zobel, aus Dresden	I*	II^a	Jura.
Rud. Biederm. Günther, aus Dresden	I*	I.	Medic.
Felix Gust. Brescius, aus Bautzen	I*	II^a	Jura.
Gottlob Oswald Lehmann, aus Kesselsdorf	I*	II^a	Jura.
Heinrich Bruno Lehmann, aus Kesselsdorf	I*	II^a	Jura.
Carl Moritz Weisse, aus Dresden	I.	II^b	Jura.
Johannes Arnolph Leo Vogel von Vogelstein, aus Dresden . .	I*	II^b	Jura.
Emil Friedrich Heinr. Saxe, aus Dresden	I*	II^a	Medic.
Oskar Theodor Auerswald, aus Ponickau	II^a	II^a	Theol.
Johann Edmund Judeich, aus Dresden	I*	II^a	Jura.
Friedrich Wilhelm Teetzmann, aus Zschopau	I.	II^b	Medic.
Volkmar Holzmüller, aus Dresden	II^a	II^b	Theol.

Ordnung des Redeactus.

Das Singchor

eröffnet die Feier mit einem Gesange, worauf folgende Vorträge gehalten werden:

Oskar Theodor Auerswald. Dankgebet. Hebräisch.

Heinrich Bruno Lehmann. Ueber einige der vornehmsten Hindernisse, welche des Jünglings Bildung erschweren. Lateinischer Vortrag.

Carl Christian Thieme. Ueber den Einfluss der Reformation auf Beförderung der schönen Künste. Lateinischer Vortrag.

Rudolph Biedermann Günther. Luther in Worms. Französischer Vortrag.

Gottlob Oswald Lehmann. Der Segen der Kirchenverbesserung. Deutscher Vortrag.

Gustav Moritz Heymann. Wie uns das Andenken Luthers zu einem gesegneten Andenken werde? Deutscher Vortrag.

Volkmar Holzmüller. Luther und Alexius. Deutsches Gedicht.

Carl Christian Thieme. Der 18. Februar 1546. Deutsches Gedicht.

Carl Moritz Weisse. Gustav Adolph. Deutsches Gedicht.

Otto Funke. Der letzte Kreuzschüler. Deutsches Gedicht.

Johannes Vogel von Vogelstein. Abschiedsgedicht im Namen der Abgehenden, welches im Namen der

Zurückbleibenden erwidert wird von Theodor Fasoldt aus Dresden.

Hierauf Entlassung der Abgehenden durch den Rector. Schlussgesang.

Nachricht.

Der neue Lehrcursus in der Kreuzschule nimmt mit dem 20. April d. J. seinen Anfang. Die Prüfung und Aufnahme neuer Zöglinge findet in der Osterwoche statt. Die Anmeldungen geschehen bei dem Unterzeichneten. Das angemessenste Alter für den Eintritt in die Anstalt ist das 10te Lebensjahr.

Rector Gröbel.